



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Annales Mariani Societatis Iesv**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1658**

Anno MDCXVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42840**

## ANNO MDCXVIII.

1108 Maria Nateria è ditione Genuensi feriâ  
 2. Pent. casu quodam in mare delapsa, iam in-  
 altum ferebatur. Ergo in tanto suo periculo Bea-  
 tissimam Deiparam, & S.P. Ignatium implorat, sex-  
 to ante illum diem die visæ per quietem imaginis  
 recordata, in qua sibi videre videbatur, se B. Virgi-  
 nis & S. Ignatij ope de graui maris periculo ereptam  
 fuisse. Quare ad S. Ignatium aiebat: O Beate  
 Ignati, iuua. Non ignoras me in religione tua  
 duos fratres habere. Vt primùm sic orauit; maris,  
 periculi, mundi oblita, nube candidâ & suauissimâ  
 luce illustri circumdata sibi videbatur. Varia ibi  
 caelestium spirituum species inexplicabili pulchri-  
 tudine totum illius animum occupabat. Videba-  
 tur illi, quasi videret & ipsam cæli Reginam augu-  
 sto sinu lumen pleno splendore fundentem; & vo-  
 catum iterum Ignatium, è cælo apertis brachijs  
 vultu flammeo emicantem; quem etiam Beatissima  
 Deipara porrecto digito indicabat, & dicebat; opem  
 periclitanti ab eo afferendam. Dixerat illa olim  
 fratri suo Societatem ingressuro; scur Ordinem  
 talem iniret cuius Fundator necdum esset Sancto-  
 rum catalogo ritè adscriptus. Eius dicti veniam  
 petenti dixit Deipara: Nunc vides quomodo Igna-  
 tius sit Sanctus; & quomodo ad iuuandum te vo-  
 catus aduenerit: eius ope salua eris. Interea il-  
 lam arridente cælesti vultu benignè semper contui-  
 tus Ignatius, intimis lætitijs perfundebat, cum illa  
 super aquas per plures horas instar tabulæ fluita-  
 ret. Hæc, atque his plura examinata sunt, & pro-  
 bata, in processibus, ac impressis gestis S.P. Ignatij,  
 posteaquam Nateria in tutum euasit, Matre hæc  
 omnia spectante, atque stupente. S. Io. Damasc.

*In pericu-  
 lis illam  
 implorare  
 ac S. P.  
 Ign.*

m. f. Do-  
minica  
ode 5.

Te, ait, firmam spei anchoram, & tegmen, & murum, & pontem inducentem in regnum habemus.

In tenta-  
tionibus.

1109 P. Iulius Mancinellus hoc anno in vigilia B. V. Assumptæ, ita uti plures ante annos dicitur prædixisse, extremum diem vixit. Is cum iam 67. ætatis, & 44. in ita religionis anno ab impuris imaginibus generet anxius animi nullâ unquam grauioris noxæ labe scædati, SSS. Trinitatem rogauit, ut ab ijs liberaretur. Pudebat illum vehemētissimè quòd à sordibus illis affligeretur. Ergò ab æterno Patre benigno nutu remissus ad Filium; ab hoc ad Beatissimâ Deiparâ; Sancti Spiritus gratiâ à Patre Filioque persusus est. Ad Virginem Deiparam vbi venit, ab illa materno amplexu accipi sibi visus, dulcissima quæque in corde persensit quæ homini loqui non licet.

ab. 1618.

1110 P. Iacobus Rem in Sodalitate Colloquij cum B. V. Litanijs, quæ canebantur, adesset, petensque à Deiparâ ecquis Virginæ ac maternæ illi maiestati ex omnibus Lauretanarum Litaniarum titulis magis placeret? illam Augusto in splendore præsentem videre sibi est visus cum Mater admirabilis caneretur. ac certior factus est hoc esse dilectum illud DEI Matri elogium.

ANNO MDCXIX.

oâ. Neap.  
1619.  
26. Maij.  
Innocen-  
tem con-  
scientiam  
petere.

1111 Antonius Loffredus virtute B. Aloysio propè suppar, fertur vidisse aliquando semitam pulchritudinis admirandæ ad cælum vsque porrectam. Et in eius capite, seu meta, B. P. Ignatium coram cæli Regina supplicem, & vniuersæ Societati vitæ ac morum innocentiam exposcentem.

ob. 1619.  
6. Dec.

1112 P. Franciscus Costerus Carolum Grobendonque, nobilem adolescentem, anno 1617. vltimâ Septembris Mechliniam ad tirocinium comitatus, per